



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 51. Colloquium Cæsaris cum Galliarum Rege ante ejus discessum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

perator Cattinarii repugnantiam indig- Sæcul. XVI.  
naretur, ille Cæsari sigilla Imperii resti- A.C. 1526.  
tuit, asserens, quod ipse, si sibi bene  
visum fuerit, pacis tabulas firmaret.  
Cæsar accepto sigillo foederi subscripsit,  
ipsumque Cattinarium iussit, ut denuo  
sigilla reciperet, cui tamen mandato ip-  
se non nisi ægerrime acquievit.

## §. LI.

*Colloquium Cæsaris cum Galliarum  
Rege ante ejus discessum.*

Altera post firmatum foedus die Neapo- *Ant. de Vera*  
lis Prorex non nisi obsoletam vestem *hist de Charl.*  
induit, ac Francisci Regis cubile ingres- *V. pag. 121.*  
sus dixit, se nomine Cæsaris adesse; si- *Guic. l. 16.*  
bi enim Procuratoris munus esse deman- *Belcar. l. 12.*  
datum, ut sponsalia Regem inter & Ele-  
onoram Lusitani Regis viduam celebra-  
ret. Annuit Franciscus, licet ægerrime  
ferret, quod per Procuratorem hæc  
solemnia peragere cogeretur, cum ta-  
men Eleonora Madrito non nisi quartam  
aut forte quintam leucam distaret. Ni-  
hilominus decima septima ejusdem men-  
sis ipse Imperator Regem ad futuram  
Sponsam suam conduxit, eumque Alar-  
coni Præfecto tradidit, ut illum rursus  
ad Madritensem arcem reduceret; quo  
facto Rex vigesima prima ejusdem men-  
sis inde abiit. Ipsa discessus sui die Cæ-  
far

Sæcul XVI. A.C. 1526  
 far Regem paululum Madritum versus  
 comitabatur, ac demum valere jussum  
 sic alloquebatur: „ Non me latent in-  
 „ gentia mala, quæ per nostra dissidia  
 „ Christianæ Religioni, nostrisque Reg-  
 „ nis intulimus, minus vero ignoro,  
 „ quantum nobis interfit pacem redinte-  
 „ grare, quocirca te rogo, libere enun-  
 „ ties, an datam promissi fidem violare  
 „ mediteris; ego enim fidem meam tibi  
 „ obstringo, atque juro, me constituisse  
 „ animo, quod tibi cum propriæ etiam  
 „ utilitatis meæ dispendio libertatem  
 „ reddere paratus sim. „ Ad hæc repo-  
 „ suit Rex: „ Firmum fixumque mihi est,  
 „ me Cæsareæ Majestatis tuæ amicum,  
 „ fratremque fore, atque integra fide  
 „ conventa adimpleturum. „ His dictis  
 simul crucem, quæ in colloqui loco re-  
 posita erat, velut sinceræ fidei suæ te-  
 stem arripuit. Quo facto respondit Cæ-  
 sar: „ Dictis tuis equidem assentior, si  
 „ tamen pacta violare præsumperis, uni-  
 „ verso orbi manifestum faciam, te per  
 „ sumnum nefas dolose egisse. „ His ita  
 conventis ambo colloquium solverunt.

## §. LII.

*Franciscus I. a captivitate redux, am-  
 bo ejus Filii obsidum loco relictæ.*

*Mem. du  
 Bellai l. 3.*

Postquam Galliarum Rex ad Regni sui  
 fines pervenerat, ibidem ambos fi-  
 lios